

**Dissertatio medica inauguralis, de pneumonia ... / Eruditorum examini  
subjicit Henricus McCreery.**

**Contributors**

McCreery, Henry.  
University of Edinburgh.

**Publication/Creation**

Edinburgi : Excudebant Adamus Neill et Socii, 1807.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/g6q93ckj>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

INSTITUTI MEDICI  
FRANCOBURGENSIS  
DE  
PNEUMONIA;

---

---

D. GORRUI BAIRD, SS. L. P.  
DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

PNEUMONIA.

---

---

EDINBURGH:

EDWARD AND JAMES NISBET & CO.

DISPUTATIO MEDICA

IN

PNEUMONIA

DE

CAUSIS ET SYMPTOMATIBUS

---

---

D. GEORGIUS HARTD. S. T. P.

DISPUTATIO MEDICA

IN AUSEUATIS

DE

PNEUMONIA

LEIPZIGI

EXCIPITANT ANNE HALL ET SOCIJ

1807

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

PNEUMONIA;

*QUAM,*

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU; ET

NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

**Pro Gradu Doctoris,**

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

HENRICUS M<sup>c</sup>CREERY,

*HIBERNUS,*

SOCIET. REG. PHYS. EDIN. SOC. EXTR.

VIII. Calendas Julias, horâ locoque solitis.

---

EDINBURGI:

EXCUDEBANT ADAMUS NEILL ET SOCII.

1807.

ANSPATIHO MEDICA

HENRICO MURRAY

DE

PNEUMONIA

DE URBE LINDENSIS

QUAM

OPTIMIS SUMMA ACADEMIE URBE MEMBRIS

EX AUCTORITATE REVERENDI ACADEMIAE VICE

D. GEORGI BAIRD, S.S.T.P.

ACADEMIAE EDINBURGENSIS PRÆFECTI

RECTOR

ACADEMIAE URBE MEMBRIS

ACADEMIAE URBE MEMBRIS

Pro Crato Doctoris

COMMISSIO IN MEDICINA HONORIS AC PRIVILEGIUM

ACADEMIAE URBE MEMBRIS

IN SE ACADEMIAE URBE MEMBRIS

HENRICO MURRAY

DE DISSERTATIONE AC ACADEMIA

ACADEMIAE URBE MEMBRIS

GRATI ANIMI INDEBITUM

ACADEMIAE URBE MEMBRIS

M. D. CCCC.

AUCTOR

EDINBURGI

EXCUSDANT ADAMUS SMITH ET SOCII

1797

AVUNCULO CARISSIMO,

**HENRICO M<sup>c</sup>CREERY,**

ARMIGERO,

DE URBE KILKENNIENSI ;

PROPTER SUMMAM CURAM ET SEDULITATEM,

QUIBUS A PUERITIA TENERA

AD HUNC USQUE DIEM,

EJUS ERUDITIONI COMMODISQUE

CONSULUIT ;

ET

OB BENEFICIA NUNQUAM OBLIVISCENDA,

IN SE ATQUE SUOS COLLATA ;

HANCCE DISSERTATIONEM ACADEMICAM,

GRATI ANIMI INDICIUM,

D. D. CQUE

AUCTOR.

AVVINCULO CARISSIMO

HENRICO M<sup>o</sup> CREEERY,

DISPUTATIO MEDICA

ARMIGERO,

DE URBE MILITARIENSIS

PROPTER SUMMAM CURAM ET SEDULITATEM

DE

QUIBUS A PUELLA TENERA

PNEUMONIA

ALIAS ERUDITIONI COMMODISQUE

CONSULT

ET

OB BENEFICIA NUMquam OBLIVISCENDA

IN SE ATQUE SUOS COLATA SINE

NUMquamque LABORUM MEDICINAE PATRIS

NOBIS DISSERTATIONEM ACADEMICAM

JOSEPHUS CUM FORTUNA EGOE INHENT OBSEQUE

GRATI ANIMI INDICIUM

IAS DE PNEUMONIA IN PAREN CONFERAM

D. D. C. 1782

PALMONOS OFFICIA ANTIQVE MOMENTU PRESSANT

MAIS ALICUI AUCTOR

QUODAM

# DISPUTATIO MEDICA

## INAUGURALIS

DE

# PNEUMONIA.

---

---

### PROŒMIUM.

**I**NSTITUTIS almæ hujus Academiae, quæ unumquemque lauream medicam petentem, opusculum de re quavis medica aut philosophica conscriptum, edere jubent, obsecutus, de Pneumonia in pauca conferam.

Pulmones officia summi momenti præstant ;  
malè affecti, mala dirissima sæpè sæpiùs inducunt.



ducunt. Sanitas eorum ad valetudinem faustam tuendam fulciendamque, quàm maximè necessaria est. Summam igitur medici attentionem, pulmones optimo jure sibi vindicant.

Morbi pulmonum, omnibus scriptoribus etiamsi ingeniosissimis assentientibus, haud facilè curantur, quamobrem viribus harum fisus tentamen hocce aggredior. De hac igitur re, verbis LIVII, rerum gestarum scriptorum principis, majore mihi cum veritate quàm illi uti licet: “ Et si, in tanta scriptorum turba, mea fama in obscuro sit; nobilitate ac magnitudine eorum meo qui non mini officient, me consoler\*.”

Pulmonum

---

\* LIV. Histor.—Præfat. p. 1.

---

Pulmonum partiumque vicinarum inflammationum variæ sunt species, secundum multorum scriptorum opiniones : iisque speciebus nosologi nomina singula propria dederunt : hoc verò, si mihi judicare fas sit, sine causa fecisse videntur, propterea quod nulla signa sese offerunt, quorum beneficio hæ species, una ab altera secerni possunt ; et, prætereà, discrimina talia in praxi parùm aut nihil utilitatis præbent. A sententiis igitur horum nosologorum facilè discedo, qui pulmonum partiumque vicinarum inflammationem in varias species pro sede ejus variante, diviserunt ; et omnes hasce species affectionesque internas, sub *Pneumoniæ* nomine comprehendere volo.

HISTORIA

---

---

**HISTORIA MORBI.**

AD signa præcipua quæ in hoc morbo se offerre solent, nunc paulò accuratiùs spectanda dicendaque venimus. Languor corporisque lassitudo ad initium plerumque invadunt; quibus frigoris sensus, horror plùs minùsve auctus, vires admodum turbatæ minutæque, et calor auctus, succedunt.

Hæc signa spatio forsan paucarum horarum, subsequitur dolor lateris acutus, fixus, pungens, aliquando tamen obtusus, cum ponderis distentionisque in præcordiis sensu, costam sextam septimamve mediæ ferè longitudinis vel anteriùs paulò, sæpiùs occupans; interdum ad scapulam, sternum, claviculasque jaculans.

Arteriarum

Arteriarum pulsus plerumque pleni, frequentes, duri, validi, citatique feruntur; interdum verò, morbo præsertim adulto, debiles necon inæquales fiunt: morbo ad mortem vergente, aut exiles aut tremuli, interdum vix percipi possunt, interdum deficiunt. Tussis, morbo præcipuè invadente, sicca sæpè humida, cruenta, dolorem augens, ægrum vexat turbatque. Sputa nunc copiosius, nunc pro colore varia sunt; sub initium morbi, plerumque tenuiora, minùsque colorata, dein paulatim spissiora, albidiora, flavidiora evadunt; in viridescentem colorem nonnunquam abeunt, nunc sanguine tincta fiunt, et quibusdam casibus, sanguis purus spumosis expuitur.

Respiratio, perpetuò difficilis, sub inspiratione præsertim auctâ, sæpè non nisi cervice erectâ, cum humeris claviculisque elevatis, exercenda. Spiritus, semper fervidus, sibilo nonnunquam trahitur.

Morbo

Morbo invadente, rhonchus, anhelitus creber ægros vexant. Decubitus difficilis molestusque, et in latus affectum plerumque difficilior evadit. Facies sæpè fit tumida, vultusque ruber et floridus; sitis, inquietudo et anxietas urgent; oculi suffusi et inflammati evadunt; delirium supervenit: vesperem versus noctuque, omnia ingravescunt; dolor capitis vehemens; lingua sordida, cutis arida, alvus adstricta, urina multùm decolorata; deglutitio difficilis.

Nec loqui, morbo ingravescente, ægri interdum possunt. Sputum supprimitur; extrema frigescunt; sudores frigidi, viscidi, locoque uni proprii et contenti, nec per totum corpus ex æquo diffusi, prorumpunt.

Ex jam recensitis, multa signa ad Pneumoniã formandam constituendamque necessaria minimè habenda sunt; adventitia forsã potiùs consideranda sunt, quippè quæ aut præsentia aut absentia morbi naturam haud mutant.

mutant. Pauca eorum tantùm, *pathognomica* nuncupata, semper adsunt, morbumque constituunt.

#### DIAGNOSIS.

MORBI, quibus aliquid commune est cum Pneumonia, mihi videntur esse :

1mò, *Hepatitis.*

2dò, *Peripneumonia notha.*

3tiò, *Pleuritis spuria.*

De diversitate quæ inter eos morbos et Pneumonia existunt, nunc separatim et ordine dicendum est.

*Hepatitis*,—dextri hypochondrii tensione, et dolore manu premente, multùm aucto, tussi sicciore, minùsque molesta, vomitu singultuque, a Pneumonia in plerisque casibus facilè dignosci potest. In Pneumonia decubitus in  
latus

latus affectum difficilior et molestior fit; in Hepatitide verò facilior: et porrò spiritus gravior, pyrexiaque vehementior, Pneumoniam comitantur.

*Peripneumonia notha.*—De hac variis variæ sententiæ: CULLENUS, GREGORIUSQUE jure celeberrimi, affectum a Pneumonia vera, nonnisi gradu inflammationis, humorumque affluxu in pulmones copiosiori, diversum esse contendunt. Peripneumonia notha catarrhi quoque naturam sibi vindicat; et senectute confectas habituque corporis laxo fruentes, potissimùm aggreditur, ut et cattarho diu vexatos laborantesque: catarrho haud rarò supervenit. Pneumonia verò, vino, diætæ opiparæ, spirituosisque liquoribus deditos, plerumque invadit. Dolor capitis immanis, vomitus, vertigo, somnolentia, sensusque ponderis angustiaeve in parte thoracis aliqua, Peripneumoniam notham sæpiùs comitatur: pyrexia vel lenis vel omninò abest. Et prætereà, materies quæ ex pulmonibus ægro-  
rum

rum peripneumonia notha affectorum pituitosa et viscida esse observatur ; in Pneumonia vera sanguinea plerumque evadit.

*Pleuritis spuria.*—A pleuritide spuria morbus de quo tractamus cautè discernendus est ; in hoc enim errare, ægri vitam in discrimen facilè perducere potuerit. Tussis vel nulla, vel sine sputo levis ; dolor manu premente auctus, sæpè cum tumore rubidineque, pleuritidem spuriam comitantur.

#### PROGNOSIS.

IN prognosi hujusce morbi tradenda, pyrexia, tussis, doloris, præcipuèque spirandi difficultatis, rationem habeamus oportet. Magna et vehemens pyrexia, tussis frequens ac dolens, quàm maximum periculum portant. Cùm morbus sine sputo vix ac ne vix quidem resolvi potuerit, tussis sicca nequaquam



bona haberi potest, vel morbo ineunte vel adulto. Dolor acutus motu aliâve ratione auctus, perstans et ab altero ad alterum latus migrans, sine dubio ægrotanti periculum minuitur; et mala potissimùm auguratur, si spiritui graviori sese comitem præbeat.

Spirandi difficultas nunquam periculi experta, semper inter signa pessima optimo jure est habenda. Ubi spiritus ægro in latus decumbenti tantummodò duci potest, signum infaustum est; cùm spirandi potestas ægrotanti supino solùm est, multò magis infaustum periculosumque; orthopnœa verò, cum sudore circum caput, cervicemque potissimùm, erumpente; vultu tumescente et erubescente; pulsuque debili et inæquali, periculum maximum, imò mortem, præsagiunt. Delirium, phrenitis, anxietas aucta, singula infaustum evēntum minitantur. Vigilia perstans, inter signa pessima recensenda est; quando extrema frigent, ungues livent et incurvantur, de ægro conclamatum est.

Quod

Quod morbi crisin pertinet, intra septem aut novem dies, vel longissimè octodecim, judicare possumus. Inter diem tertium septimumque, æger sæpè e medio tollitur. A die tertio ferè ad septimum, dolor remittat, et adstantes præ imperitia vanâ spe sæpè lætat, quoniam nec rarò mortem præcurrit.

Si inter dies morbi primos sputum facilè excernitur et flavum est, non multùm sanguine permixtum, tussisque gravis expers, fausti ominis est. Epistaxis, sanguis e venis hæmorrhoidalibus profusus, dejectiones alvi biliosæ, urinaque sedimentum copiosum subrubrum deponens, fausta quoque erunt: sudores calidi, fluidi, copiosi, universi faustum eventum portendunt, dum eodem tempore pulsus tardior, calor, aliaque febris signa, minuantur.

CAUSÆ

## CAUSÆ PRÆDISPONENTES,

INTER has, tempora anni certa, hyems scilicet ac ver, meritò numeranda sunt : tempusque varium, vicibus frigoris, ac caloris alternans, pulmonibus semper periculosum est.

A temperamento multùm pendere inter omnes constat ; sanguineumque esse huic morbo magis obnoxium, æquè certum est. Liquores spirituosi, victus plenus, exercitatio vehemens, ad hunc morbum inducendum multùm conferre creduntur. Evacuationes solitæ, sive naturales sive arte factæ, minutæ aut suppressæ, proclivitatem gignunt : perspirationem, catamenias, hæmorrhagiasque usu inveteratas, profluvia per fonticulos ac similia facta, inter illas enumerare liceat. Hicce morbus eos imprimis afficit, quibus est thorax angustus, tumores aut scirrhusi aut stru-

mosi,

mosi, vel in pulmonibus vel in thoracis viscere quopiam alio existentes. Dignum est insuper memoratu, morbos priores huic morbo proclivitatem reddere.

#### CAUSÆ OCCASIONALES.

INTER has, frigus jure præcipuum habetur, magisque nocet si cum humore sit conjunctum, et potissimum quando corpori jam calenti applicetur. Exercitatio pulmonum nimia et vehemens, aut clamore aut instrumentis musicis inspirando, morbum, cum jam adsit proclivitas, excitare potis est. Pathemata mentis, iracundia scilicet vehemens, ac similia, hunc morbum quandoque inducunt.

#### RATIO MEDENDI.

Hujus morbi medendi, tria consilia præsertim sese offerunt :

Imò,

1mò, Ad actionem vasorum auctam, et sthenicam diathesin minuendam.

2dò, Ad sputa promovenda.

3tiò, Ad irritationes tollendas, et quædam symptomata mitiganda.

1mò, Causa hujus consilii absolvendi, sanguis detrahendus est, quippè remedium, quod omnibus aliis facilè antecellit: nunc verò, et signorum violentiam et ægri vires rationem semper oportet. Ab ægro firmo, robusto et pleniore, sanguis ad libram unam et semissem, tutò mittitur, et quò majus vulnus sit, eò meliùs. Unciæ vigintæ quatuor plusve pro larga, duodecim minùsve pro detractioe modica, habentur. Si unâ detractioe dolor et spirandi difficultas parùm recedant; sanguis eodem die rursùs ac forsan copiosiùs est mittendus. Remissio verò doloris, spiritusque, dum sanguis profluit, lenior et minùs curta evadens, quoad copiam quæ tunc temporis mitti debeat, medicum certiore faciet. Observandum

servandum est quosdam animi deliquio primâ detractioe esse opportunos ; et eosdem alteram tertiamque meliùs faciliùsque perlaturos, medicis omnibus benè notum est. Sanguinis missionem sub initium morbi, remedium efficacissimum esse, inter omnes constat : post diem quartum quintumve morbi, nihil ægro prodest, ut quidam medici perhibent : alii tamen medici, et optimo jure, sententiam longè diversam habent ; at GREGORIO nostro, sanguinem ante diem tertium abstractum meliùs et citiùs levare dicenti, facilè assentior. Si verò detractioes priores, vel parciores justo sint, vel post etiam detractioem largam, spirandi difficultas, dolor et tussis, redierint, absque indicio ullo suppurationis aut effusionis, viribusque ægri non multùm fractis, sanguis quarto vel quovis die, ad finem tertiæ etiam septimanæ usque, sine dubio mittendus. Varii varias sanguinis quantitates in hoc morbo, detrahendas esse contendunt : quorum omnium sententias recensere longum foret. CULLENI, jure magni nominis,

mentis

mentis esse volumus. Hic medicus, ægrum robustum, firmum et pleniorē, sanguinis missionem, ad libras quatuor vel quinque per bidui tridui spatium, facile sustinere posse, compertum habuit. In primo morbi stadio sputa interdum sese ostendunt; in hoc verò stadio, spes morbi expugnationis in sputorum virtute minimè ponenda est: quamobrem venam incidere nequaquam hæere oportet, et præcipuè si alia signa graviora instarent: stadio verò morbi proVectiore, cum sputa libera et copiosa egerantur, cum signa alia remissionem portendentia adsint, et præcipuè cum sanguinis detractio satis larga præcedat, tandem scalpello abstinendum est. Sin autem vel sputa postea reprimantur, vel dolor lateris, spiritusque, sputis etiam remanentibus, urgeant, ad scalpellum iterum iterumque confugere et decet et oportet; nullo alio enim modo meliùs morbo obstat.

Quantam sanguinis jacturam in tali casu corpus humanum sine discrimine ferre potest, ex  
exemplo

exemplo notabili; quod ab ipso ægrò, artem salutiferam in hac urbe exercente, accepi, quodque, permissu ejus benignè dato, recenseo, liquidò constabit. Juvenis viginti quinque annorum natus, robustus et succi plenus, mane quartam circiter horam Pneumoniâ subitò infestabatur, et ingruebant statim omnia illa symptomata quæ hunc morbum comitari solent: symptomata horam versus octavam magis severa fiunt; tunc æger, medicinæ, ut antea dixi, peritus, venam sibi solvi curavit, et uncia triginta quinque sanguinis detrahebantur. Horâ decimâ A. M. ad dimidiam elapsa, symptomatibus adhuc ingravescentibus, uncia triginta quinque iterum ab eadem vena proliciebantur. Post hanc venæsectionem, pulsus usque manebat justo validior, et sputum rejiciebatur cruentum: horâ primâ igitur, vena tertiâ vice incisa, sanguinis uncia triginta tres educebantur; vesicatorium magnum pectori applicabatur, et catharticum æger sumpsit. Sequenti die, dolore et aliis inflammationis notis etiam nunc urgentibus, horâ deci-



mâ A. M. sanguinis missio iterum administrabatur, Doctore HAMILTON, Nosocomii Regalis medico, qui ægrum tunc primùm visebat, jubente, usque ad uncias viginti duo. Quo facto, in meliùs quidem vergebant omnia; successit respiratio liberior, et dolor totus conticuit.—P. 86. Postero die, horâ undecimâ, Doctor GREGORY, (qui hunc casum in prælectionibus narravit), unâ cum Doctore HAMILTON ægrum visebat, et tunc temporis nulla pneumoniæ urgebant. Die sequenti æger integram recuperavit sanitatem, nullis effusionis aquosæ signis in aliqua corporis parte apparentibus. Intra horas igitur viginti sex, uncia 125 sanguinis educebantur, unciiis 103 intra horas quinque emissis.

Hirudines cucurbitulæque cruentæ aliquando optimè conveniunt, et valdè prosunt; optimè valent quando spirandi difficultas quodammodo cessat, et dolor lateris, et manè potissimùm, urgeat; horum beneficio quoque sanguis quàm proximè ad partes laborantes

est

est mittendus. Sub primum morbi stadium sputa interdum sese ostendunt; in hoc verò stadio spes morbi expugnationis, in sputorum virtute minimè ponenda est: quamobrem venam incidere nequaquam hæere oportet, et præcipuè si alia signa graviora instarent: stadio verò morbi proVectiore, cùm sputa libera et copiosa egerantur, cùm signa alia remissionem portendentia adsint, et præcipuè cùm sanguinis detractio satis larga præcedat, tandem scalpello abstinendum est. Sin autem vel sputa postea reprimantur, vel dolor lateris, spiritusque, sputis etiam manentibus, urgeant, ad scalpellum iterum iterumque confugere et decet et oportet; nullo alio enim modo meliùs morbo obstat.

*Digitalis purpurea.*—De utilitate hujus remediï in hoc morbo, verbis DOCTORIS CURRIE, dicentis de Phlegmasiis, uti mihi liceat: “ Digitalis does not, indeed, supersede the use  
“ of the lancet in these diseases, but it di-  
“ minishes the extent to which it is required;

“ and

“ and it may be used with safety and success,  
 “ in cases where the lancet can no longer be  
 “ employed \*.”

*Epispastica*—partibus affectis et apprimè dolentibus applicata, magnos affectus edunt, et ad dolorem amovendum quàm optimè valent. Hoc multiplici exemplo, et unanimâ medicorum assentione, probatur : hæc verò, nisi in morbo admodum levi, antè sanguinis missionem unam alteramve, in rem minimè fore creduntur, ejus quoque sententiæ esse me haud pœnitet. In hoc morbo curando, iterum iterumque sæpè indicata sunt, et thoracis parte alicui admoveantur, extremis namque partibusve aliis remotis admotæ, parùm aut nihil prosunt.

Quod alvi statum attinet, pauca tantùm dicenda sunt. Cathartica stimulantia in hoc morbo jure desueta sunt ; alvi tamen purgatio, rationi pariter atque rei factæ consentaneum

---

\* Vide Medical Reports, vol. ii. p. 420.

neum est ; et in infantiam morbi, plena si fuerit, sanguinis ideò impetum temperat minuitque, cum insigni et subito totiùs morbi levamine, ita ut sæpè venam alteram incidere abstinendum sit.

Sudore sponte prorumpente, hic morbus quandoque faustè tollitur ; cautè tamen arte excitari debet, quia aut calore aut stimulantibus elicitus, ægro facilè exitio erit : Si verò corpus, post signorum remissionem, liberè sudare cœperit, boni ominis erit, diaphoreticisque mitioribus promoveatur. Sin autem sudor sit gelidus, viscidus, loco proprius, per membra omnia non diffusus, spirandi difficultate adhuc durante, non nisi summo cum periculo eliciendus est.

2dò, *Ad sputa promovenda, et irritationes tollendas.*—Ad hanc indicationem absolvendam, diluentibus tepidis, demulcentibus, rebus mucilaginosi, remediisque expectorantibus utimur. Decocta avenæ hordeive, vel  
acido

acido vegetabili, vel fructu maturo, gratiora reddita, multùm prosunt.

Causa tussis levandæ, sputique promovendî, ad salina quoque tutè confugere licet.


Mucilaginosa et oleosa partes a materie irritante defendunt. Cùm tussis urgeat, et somnus, sanis et ægris adedò necessarius, turbatur, spirandi difficultate et febre diathesique phlogisticâ remotis, opium, omnibus assentientibus, divinum est remedium. Aquæ calidæ vapores in pulmones hausti partes laxant, et ad sputum expediendum multùm conferunt. Omnia quæ terrorem ægro incutiant vel animum ejus nimis perturbant, diligenter evitanda sunt. Lux nimia, quippè quæ stimulat, multùm nocet ; calor major eundem effectum præstat.

Hinc causa obvìa est, quarè hoc morbo tentati, cubiculo amplo nec lecto nimium utantur, et loquela, præsertim cùm nimia sit, quippè

quippe quæ pulmones nimis quassit, ægri quàm cautissimè sibi caveant: et tempestiva abstinentia laborantem quàm maximè adjuvat. Diæta tenuis et minimè irritans esse oportet: præcipuè ex lacte, fructibus hortensibus, hordei decocto, ac similibus, constare necesse est.




Insuper que pulmones nris dussit, et  
 quoniam entis sibi cavere: et tempore  
 abstinentia laborantem quam maxime adju-  
 vat. Quia tenuis, et infans irritans esse  
 oportet: precipue ex lacte, fructibus horren-  
 tibus, hordei decocto, ac similibus, constare  
 oportet.



Insuper que pulmones nris dussit, et  
 quoniam entis sibi cavere: et tempore  
 abstinentia laborantem quam maxime adju-  
 vat. Quia tenuis, et infans irritans esse  
 oportet: precipue ex lacte, fructibus horren-  
 tibus, hordei decocto, ac similibus, constare  
 oportet.

Insuper que pulmones nris dussit, et  
 quoniam entis sibi cavere: et tempore  
 abstinentia laborantem quam maxime adju-  
 vat. Quia tenuis, et infans irritans esse  
 oportet: precipue ex lacte, fructibus horren-  
 tibus, hordei decocto, ac similibus, constare  
 oportet.





---

DICTIONARY

OF THE

ARTS

---